

Retruantur in Monasterium Presbyteri, qui penitentiam agere contemnerunt.

Dicitur est nobis Presbyteros propter suam negligentiam canonicè degradatos, & seculariter gradu amisso vivere, & penitentiae agenda bonum negligere. Unde statuimus, ut gradu amisso, agenda penitentiae gratia, in Monasterium a, aut in Canoniam regularem mittantur. Si vero hoc fieri causa qualibet prohibuerit, ubicumque sint, penitentiam agere non desistant. Si autem amisso gradu seculariter vivere voluerint, & penitentiam agere neglexerint, ab Ecclesia communione separentur.

Corr. Rom. in Monasterium. In Concilio Cabilonensi, ubi hic Canon habetur (licet Burchardus etiam, & Ivo ex Moguntino citent) & apud ceteros Collectores legitur, in Monasterio, aut Canonico, aut Regulari: in uno autem per vetusto Gratiani codice, in Monasterio iuxta Canoniam regulam.

PITH. 10. Ut gradu. Sic V. C. in Monasterio. Sic V. C.

IX. Item ISIDORUS, Sententiarum de Summo Bono, lib. 2. c. 10. [c. an. 625. in Hispania.]

Mutatio loci aliquando valet Conversis ad penitentiam. Vales interdu Conversis pro anime salute mutatio loci. Perumque enim dum mutatur locus, mutatur & mentis affectus. Congruum est enim inde etiam corporaliter avelli, ubi quique illecebris deservivit. Nam locus, ubi quique pravè vixit, hoc in aspectu mentis apponit, quod saepe ibi vel cogitavit, vel gessit.

X. Item EX III. SYNODO AURELIANENSI, c. 7. [an. 538. in Gallia.]

Clericus adulterasse convictus, vel confessus, in Monasterio detrudatur.

Si quis Clericus adulterasse aut confessus, aut convictus fuerit, depositus ab officio, communione concessa, in Monasterio, toto vitae suae tempore detrudatur.

XI. Item PELAGIUS I. Papa Constantino Defensor. [c. an. 557. Roma.]

Romanus Ecclesiae Thaeanaensis Clericus pro crimine adulterii, quod admisit perhibetur, à Clericatus ordine depositus in Monasterio hic in urbe Romana ad agenda penitentiam ex nostra iustione detrusus est.

XII. Item EX CANONE Apostolorum XXV. [c. an. 281. in Syria.]

In crimine captus Presbyter, vel Diaconus deponatur, non tamen communione privetur.

Presbyter, aut Diaconus, qui in fornicatione, aut perjurio, aut furto, aut homicidio captus est, deponatur: non tamen communione privetur. Dicit enim Scriptura: Non vindicabit Dominus his in idipsum.

Corr. Rom. a. Aut homicidio. Hæc dictio non est in Canone xxv. Apostolorum. Sed in Concilio Triburienfi, cum Patres illi ita dixissent, legimus in Canonibus Apostolorum, quod Episcopus, Presbyter, & Diaconus, qui in fornicatione, aut perjurio, aut furto captus est, deponatur: hinc argumentantur idem multo magis statuendum esse de homicida: quæ fortasse causa fuit, quomobrem à Gratiano, & aliis Collectoribus ea dictio huic Canonis adjecta sit. In Canone autem xxxi. Basilii idem statuitur de Clericis peccantibus peccatum ad mortem, quod etiam de fornicatoribus expositum erat in Can. lxi.

Privetur. In codicibus impressis sequebatur, si paruerit sententiae, quæ verba sunt expuncta, quia neque in originali, neque in vetustis Gratiani exemplaribus leguntur.

PITH. 12. Presbyter aut Diaconus. Episcopus aut Presbyter. Dion. Exiguus. Vide Greg. Turon. lib. 5. Hist. c. 18. Aut homicidio. Desunt in V. C. Vindicabit. V. C. vindicavit.

XIII. Item EX NEOCESARIENSI CONCILIO. [an. 314. in Cappadocia.]

Si quis Episcopus, aut Presbyter, aut Diaconus post Diaconii gradum acceptum fuerit fornicatus, aut mechatus, deponatur; & ab Ecclesia projectus, inter Laicos agat penitentiam.

Corr. Rom. Proprius Autor hujus Capituli non est inventus: sed simile habetur in Concilio Neocesariensi, cap. 1. & in Capitulis Martini Bracarenfis cap. 27. Inter Laicos. Hæc due dictiones non leguntur in cap. 1. Concilii Neocesariensis, citato supra dist. 28. c. Presbyter, ut ibi notatum est; neque in Capitulis Martini Bracarenfis.

XIV. Item EX CONCILIO AURELIANENSI I. c. 11. & 14. [an. 511. in Gallia.]

Diaconus, aut Presbyter crimen capitale commiserit, simul & ab officio, & à communione pellatur. Si

verò, pro reatu suo se ab altaris communione sub penitentis professione submoverit; his quoque si alii defuerint, & causa certa necessitatis exoritur, postentem Baptisma liceat baptizare.

PITH. 15. c. 11. & 14. can. 6. & 8. Ab. Deest in 2. V. C. His quoque. Sic 3. V. C. Certa. 3. V. C. certa.

XV. Item GREGORIUS VII. omnibus per Regnum Italicum, & Teutoniarum debitam S. Petro obedientiam exhibentibus. [c. an. 1073. Roma.]

Non ingrediatur Ecclesiam Presbyteri, Diaconi, Subdiaconi, qui in fornicationis crimine jacent.

Si qui sunt Presbyteri, Diaconi, vel Subdiaconi, qui in crimine fornicationis jacent, interdicitur eis ex parte Dei omnipotentis, & sancti Petri autoritate, Ecclesiae introitum, usque dum penitent, & emendat. Si qui verò in suo peccato perseverare mauerint, nullus vestrum officium eorum audire præsumat: quia benedictio eorum veritur in maledictionem, & oratio in peccatum, testante Domino per Prophetam: Maledicunt, inquit, benedictionibus vestris. Qui verò huic saluberrimo præcepto obedire noluerit, idololatriæ peccatum incurrit, Samuele testante, & Beato Gregorio adducte. Peccatum ariolandi est non obedire, & quasi scelus idololatriæ, non acquiescere. Peccatum igitur Paganitatis incurrit, quilibet dum Christianum se aserit, Sedi Apostolicæ obedire contemnit.

Corr. Rom. In Regest. Epistolarum Gregorii VII. non est inventa hæc Epistola, in qua sint omnia prolixa verba hujus Capituli. Sunt tamen in eo multa, quæ hujus Decreti faciunt mentionem. Lib. 1. Epist. 30. Episcopo Salzburchensi, & lib. 2. Epist. 61. Leodiensi Episcopo, & seq. Epistola Sicardo Aquilegensi. De quo Decreto, ut ipsum exequi omnino curarent, eodem lib. 2. Epist. 66. Burchardo Halberstatiensi Episcopo, & Epist. seq. Annoni Colonienfi Archiepiscopo diligentissime scribit, & lib. 3. Epist. 4. Sigifredo Archiepiscopo Moguntino idem mandat, & lib. 4. Epist. 10. Comitibus Flandriensibus, & seq. Comiti de eadem re scribit. Inter Decreta etiam Innocentii II. fit istius Decreti mentio. Verum propria verba hujus Capituli usque ad verbum. Qui verò huic saluberrimo, Marianus Scotus refert in fine suorum Chroniconum. Sequentia autem verba valde sunt ipsi Gregorio VII. familiaria.

XVI. Item ALEXANDER II. Episcopis, & Regi Dalmatarum. [c. an. 1065. Roma in Dalmatiam.]

Officio, & Beneficio privetur Episcopus, Presbyter, vel Diaconus feminam accipiens, vel acceptam retinens.

Si quis amodo Episcopus, Presbyter, aut Diaconus feminam acceperit, vel acceptam retinuerit, proprio gradu decidat usque dum ad satisfactionem veniat: nec in choro Pfallentium habeat, nec aliquam portionem de rebus Ecclesiasticis habeat.

XVII. Item Clero Mediolanensi. [c. an. 1065. Roma in Insubriam.]

De eodem. Si quis Sacerdotum, vel Diaconorum, vel Subdiaconorum officium contumaciter defrensus feminam sibi potius elegerit; sicut sponte ob fornicationem dimittit officium, ita ob prævaricationem dimittere cogatur etiam invitus Beneficium.

XVIII. Item Populo Mediolanensi. [c. an. 1065. Roma in Insubriam.]

De eodem. Eo etiam, qui ut fornicari eis liceat, Divinum officium derelinquant, & à Deo recedentes, Diabolo & operibus ejus serviant; sicut se iustissime ab officio alienos faciunt, ita Beneficio Ecclesiarum privatos esse adjudicamus.

XIX. Item LUCIUS Papa. [Imò Clemens I. c. an. 68. Roma Hierosolymam.]

De eodem. Ministri altaris Presbyteri, sive Diaconi ad Dominica tales eligantur officia, qui continentiam fervent.

Si verò post ordinationem suam Ministros contempserint uxoris invadere cubile, Sacrarum non intrent limina, neque Sacrarum portitores fiant, neque altare contingant, neque ab offerentibus holocausti oblationem suscipiant, neque ad Domini corporis portionem accedant, neque propinquant, neque sine majoris natu autoritate minora gerant officia: urceum sanè ad altare, vel calicem ne fufferant.

Corr. Rom. a. Sacrarum. In Epistola secunda Clementis (unde Caput hoc sumptum videri potest, & unde citat Ivo) legitur, sacrificii: in uno autem vetusto Gratiani codice, sacri.

Neque propinquant. In Epistola Clementis est: nec aquam Sacerdotibus porrigit ad manus: ostia fornicis claudat, minora gerat officia, urceum, sive calicem ad altare non fufferat. Apud Ivoem verò: Sed aquam tantum Sacer-

dotum manibus porrigit, ostia fornicis claudat, minora gerat officia: urceum sanè ad altare fufferat. PITH. 19. Propinquant. V. C. propinquant.

XX. Item Clemens I. c. an. 68. Roma Hierosolymam.]

Clericus matronarum domicilia frequentans deponatur. Clericus solus ad femina tabernaculum non accedat, nec propter sine majoris natu Sacerdotis iustione: nec solus Presbyter cum sola femina fabulas miscat. Nec Archidiaconus sub pretextu humilitatis, aut officii frequenter intret domicilia matronarum; aut forte per Clericos, aut domesticos matronæ mandet aliquid secretè. Si agnitus fuerit; & ille deponatur, & illa à liminibus arceatur Ecclesiae.

Corr. Rom. a. Iustione. In Epistola Clementis sequitur: Nec Presbyter solus cum sola adiungatur: sed duobus adductis testibus ostret infirmam: nec solus cum sola femina fabulas miscat: nec Archidiaconus, aut Diaconus sub pretextu officii humilitatis frequentet, &c.

XXI. Item Clemens I. c. an. 68. Roma Hierosolymam.]

De eodem. P A L E A. Sed si forte aliqua intercessio fuerit, Episcopo suggeratur. Et si talis est, ad quam debeat ire pio interventu, ipse pergat: sin autem, de latere suo dirigat, cum duobus, aut tribus testibus. Nemo tamen cum extranea habita femina, nisi proxima aut foror fuerit. Et hoc cum magna sollicitudine fiat. Non enim ignoramus malitias Satanae.

Corr. Rom. Hæc Palea in plerisque vetustis exemplaribus habetur conjuncta Capiti antecedenti. Dirigat. In Epistola S. Clementis sequitur: cum duobus ac tribus, qui hoc sanare debeant. Sanè ad visitandum mulierem infirmam nullus Clericus ingrediatur, nisi cum duobus, aut tribus. Nemo tamen, &c.

XXII. EX DECRETO Eugenio Papæ II. [an. 826. Roma.]

De eodem. P A L E A. Si quisquam Sacerdotum, id est, Presbyter, vel Diaconus, vel Subdiaconus de quacumque femina crimine fornicationis suspectus, post primam, secundam, & tertiam admonitionem non inventurum fabulari cum ea, vel aliquo modo conversari, excommunicetur: femina verò canonicè judicetur.

Corr. Rom. a. Ex Decreto. Hic Canon in Concilio Romano primum ab Eugenio secundo editus, & postea à Leone quarto etiam in Concilio fuit repetitus, & citatur in Decretalis. tit. de cobabit. Cleric. & mul. Et in plerisque vetustis exemplaribus est sine nomine. Admonitionem. In eodem Canone sequitur, Metropolitanis, vel alteris Episcopis, aut ejus, cui subiacere videatur.

XXIII. Item GREGORIUS 20. [forte c. an. 598. Roma.]

Simul cum mulieribus Sacerdotes habitare non licet. Oportet Sacerdotes, quibus Domini populus commissus est, cum magna animi constantia vigilare super Dominicas oves, ne lupinis moribus, id est, Diaboli stimulis laentur. Neque enim hoc silere debeo, quod cum gravi animi tristitia dico: Sacerdotes cum feminis habitare conspicio: quod nefarium est dicere, vel audire, & contra sanctorum Canonum sancta. Ubi enim talis fuerit commorantium cohabitatio, antiqui hostis stimuli non desunt. Ideoque admonendi sunt, ut non antiqui hostis deceptantur fraude, quatenus iuxta Apostoli vocem non vituperetur ministerium nostrum. Cavere enim nos oportet, Fratres, ab illicitis, ut mundas valeamus ad Dominum levare manus: scriptum est enim: Sancti estote, quoniam sanctus ego sum Dominus Deus vester. Si quis verò presumperit aliter agere, Sacerdotii sui honore privetur. Unde omnimodo cavendum est, Fratres, ne salamus populum, & illud Prophetæ dictum impleatur in nobis: Sapulum, quod salitis nomen meum, & respiciat Legem: cerdotes mei contaminant Sancta, & respiciat Legem: quos & alius Propheta increpat, dicens: O vos Sacerdotes, qui salitis nomen meum, & dixistis, in qua re salimus nomen tuum? quibus respiciam est: offerentes ad altare meum panes pollutos. Non est mihi colutus in vobis, dicit Dominus, & sacrificium non accipiam de manibus vestris, quia polluti estis. PITH. 23. Gregorius.] Addit V. C. Civibus Romæ.

XXIV. Item GREGORIUS I. Symmacho Defensori, lib. 1. Reg. indit. 9. Epist. 50. [an. 591. Roma in Corsicam.]

De eodem. Volumus ut Sacerdotes prohiberi debeant, ne cum mulieribus conversentur: excepta dumtaxat matre, forore, vel uxore, quæ castè regenda est.

XXV. Item Gregorius I. Epist. 39. [an. 598. Roma.]

De eodem. Egitur, quod Beatus Augustinus nec cum forore habitare consenserit: dicens: quæ cum forore mea sunt, for-

ores meæ non sunt. Docti ergo viri cautela, magna nobis debet esse instructio.

PITH. 21. Epist. 39.] Addit V. C. in Registro.

XXVI. Item EX VII. SYNODO. [an. 787. in Bitbynia.]

De eodem. In omnibus observare convenit, ut certus quis, & certo tempore, & certo loco, & certis personis vel apparere Clericus, vel loqui debeat mulieribus, vel excludatur omnis nefanda suspicio. Certè solum & ad solam accedere nulla religionis ratio permittit. Melius est enim duos esse simul, quam unum. Simul enim & fidelis, & tutius res geritur. Va enim uni, quia si ceciderit, non est qui erigat eum.

Corr. Rom. Caput hoc etiam in aliquot manuscriptis citatur ex septima Synodo, in cujus sanè postremo capite aliqua huc spectantia habentur. Ceterum in plerisque citatur ex octava; & sententia videtur sumpta ex c. 83. Afeciorum B. Basilii, cujus Regulas sub nomine octavæ Synodi saepe citari alibi notatum est.

XXVII. Item EX CONCILIO CARTHAGINENSI III. c. 17. [an. 397. in Africa.]

De eodem. Cum omnibus omnino Clericis extraneæ feminae non cohabitent, sed solæ matres, avia, & matertera, amita, sorores, & filia fratrum, aut fororum, & quacumque ex familia domestica necessitate, etiam antequam ordinarentur, jam cum eis habitabant; vel si filii eorum jam ordinatis parentibus, uxores acceperunt, aut servis non habitantibus in domo quas ducant, aliunde ducere necessitas fuerit.

XXVIII. Item EX CONCILIO LAODICENSI, c. 30. [an. 320. in Phrygia Pacatiana.]

De eodem. Non oportet Ministros altaris, vel etiam Clericos quoslibet, aut continentes se, aut omnem omnino Christianum cum mulieribus lavacra habere communia. Hæc est enim apud gentiles prima reprehensio.

PITH. 22. de, aut.] V. C. sed &c.

XXIX. Item GREGORIUS I. ad Januarium Episcopum Caralitimum, lib. 3. Epist. 26. [an. 594. Roma in Sardiniam.]

De eodem. Archidiaconum tuum, ut audio, habitare cum mulieribus prohibuisti; & nunc usque in ea prohibitione despicis; qui nisi iustioni tuæ paruerit, eum sacro Ordine volumus esse privatum.

XXX. Item EX CONCILIO TOLETANO IV. c. 42. [an. 633. in Hispania.]

Venundentur ab Episcopo, quæ appetunt consortia Clericorum illicita.

Quidam Clerici legitimum non habentes conjugium, extraneorum mulierum, vel ancillarum suarum interdicta sibi consortia appetunt. Ideo, quæ conjuncta taliter cum Clericis sint, ab Episcopo auferantur, & venundentur; illis pro tempore relegatis ad penitentiam, quos sua libidine infecerunt.

XXXI. Item SIRICIUS Papa Himerio Episcopo, Epist. 1. c. 12. [an. 385. Roma in Hispaniam.]

Non habitent feminae cum Clericis, nisi quas necessitudo exigit.

Feminas non alias esse patitur in domibus Clericorum, nisi eas tantum, quæ propter solas necessitudinum causas habitare cum istem Synodus Nicæna permittit.

PITH. 23. Episcopo.] Addit V. C. Tarraccon.

XXXII. Item EX CONCILIO AFRICANO, c. 5. p. [an. 397. in Africa.]

Nisi Majorum iustione ad seminarum domicilia Clerici non accedant. Clerici, vel continentibus ad Viduas, vel Virgines, nisi ex iustis, vel permisso Episcoporum, aut Presbyterorum, non accedant. Et hoc non soli faciunt, sed cum Conclericis, vel cum quibus Episcopus, aut Presbyter iusserit. Nec ipsi Episcopi, & Presbyteri soli habeant accessum ad hujusmodi feminas, sed ubi aut Clerici presentibus sunt, aut graves aliqui Christiani.

PITH. 24. Vel.] Deest in meo cod. sed est in tribus. Conclericis. 3. V. C. Clericis vel cum bis cum quibus, &c.

XXXIII. Item EX CONCILIO CARTHAGINENSI IV. c. 102. [an. 398. ibid.]

Episcopi provideant, ne occasione temporalium, Clericorum familiaritatis Virgines socientur.

Ad reatum Episcopi pertinet, vel Presbyteri, qui parochia præest, si sustentandæ vite presentis causâ ado-

